

fit ( ex hypoth. )  $n$  major quam  $m$ , ideoque  $\sqrt{mn}$ , major quam  $m$ .

Supereft ut radicis negativæ ufum explicemus. In memoriã revocanda funt, quæ de quantitãibus negativis jam dicta funt; ſcilicet quantitãtes negativas ſecundum directionem poſitivis oppoſitam ſumendas eſſe. In præſenti problemate quantitãtis  $x$  valor negativus facile intelligetur, ſi obſervemus punctum quæſitum a nobis conſiderati tanquam inter duo luminaria conſtitutum. At ſi attendatur ad alterius caſus poſſibilitatem, ponendo nempe punctum quæſitum in linea producta ultra luminaria, jam valor radicis prodit poſitivus. Et quidem ſi diſtãtia puncti a minori luminari dicatur  $x$ ; ut ante, erit luminariſ majoris diſtãtia,  $a + x$ ; quadrata autem diſtãtiarum erunt  $xx$  &  $aa + 2ax + xx$ , quæ per conditiones problematis in æquationem reducta præbent  $maa + 2amx + mxx = nxx$ ; reſoluta æquatione habetur  $x = a \times m + \sqrt{mn}$ ; valor

$a \times m + \sqrt{mn}$  erit poſitivus, hicque ſoluſ problemati ſatiſfacit in caſu propoſito. Al-

ter autem valor negativus  $a \times m - \sqrt{mn}$  ſignificat ſumendam eſſe directionem oppoſitam, punctumque non in linea producta ultra luminaria, ſed in ipſa linea jungente